

COMMENTATIO I.**QVA****MEMORIAS****DISCIPVLORVM EXTRANEORVM****IN SCHOLA FREIBERGENSI****VERSATORVM****PRAEMITTIT****ET****AD ORATIONES****BENEVOLE AVSCVLTANDAS****OBSEQVIOSE INVITAT****M. IO. GOTTL. BIDERMANN. R.**

FREIBERGAE, Literis MATTHAEANIS.**XXXVII.**

Cum aliis beneficiis diuinitus concessis ciuitas Freibergensis mirifice exsplendescit, tum eo in primis ornamento amplissimam famam iamdudum consequuta fuit, quod laudabili iuuentutis institutione et prouehendo studiorum elegantiorum cultu comparatur. Siue enim eorum nomina memoria repetamus, qui magistrorum munus in hac officina litteraria obierunt; siue illorum rationem ineamus, qui discendi causa in hac musarum sede confluxerunt; facili negotio, quo loco olim habita fuerit schola Freibergensis, intelligemus. Quis ignorat nomina virorum celeberrimorum, vel remotis ex prouinciis accitorum, vel qui, partes suas paeclare exsequuti, ad illustriores dignitates euecti fuerunt? inter quos eminent IO. RHAGIVS, *Aesticampianus*, felicissimus ille litterarum cum sacris renascentium vindex, hoc ex loco in academiam Vitembergensem, nuper conditam acerbitus; PETR. MOSELLANVS, *Treuirensis*, decus sui saeculi eximium, qui breui post tempore, quam hic docuerat, Professor academiae Lips. designabatur; IAC. SOBIVS, *Colonensis*; RICHARD. SBRVLIVS, *Foroiuliensis*, Italus, IO. RIVIVS, *Westphalus*, mox Inspector scholae illustri, quae Misenam ornat, datus, et Confiliarius Electoris itemque Affectus Synedrii constitutus; FRIDR. ZOERLE-RVS, *Kizinga-Francus*; MATT. MARC. DABERCUSIVS, *Westphalus*, a Pomeranorum duce ad Gymnasium Suerinense expectatus; GEORG FABRICIVS, Rector inde illustri Afraneo praefectus; HOBVS MAGDEBURGIVS, mox Misenam et porro Lubecam euocatus; GEORG. KVHNIVS, *Glogauia-Silesius*; IO. FICKLERVS, *Iglauia-Moravus*; IO. NEVHVSIVS, *ex valle Ioachimica*; CHRISTOPH. FROELICH, *Romburga-Bohemus*; STEPH. TRINCCIVS, *Osterburgo-Marchicus*, etc. etc.

Neque est, quod miremur, hos magistros, singulari fama quaquaversum celebratissimos, ingentem discipulorum numerum ad se traxisse. Quemadmodum enim olim Plato maximas diis gratias agebat, quod nasci se Athenis voluerint; ita post repurgata per Lutherum

therum sacra illi fibi omnium maxime gratulabantur, qui Freibergam, veluti aliam ingeniorum nutricem, adire, et inter discentes ibi nomina profiteri poterant. Testis est nominum index, a rectoribus consignatus, et ad posteritatem transmissus, intra spatum centum fere annorum amplius octies mille discipulos hanc in scholam receptos esse. Quamuis enim haud nesciam, scholarum decus et florem ex discentium multitudine iudicari non oportere; neque adfirmare audeam, omnes ac singulos in hac palaestra versatos, in summos viros euasisse: hoc tamen ex illa auditorum frequentia adparet, scholam Freibergensem constanti fama atque omnium sermone iampridem celebratam fuisse. Quare neque ingratum neque inutile fore, arbitror, si ea nomina certa religione adseruentur, atque idonei testimonii loco, cum posteris communicentur. Initium ab alienigenis faciemus, eosque, alphabeti ordinem sequuti, a vergente saeculo XVI, usque ad finem saeculi XVII. persequemur.

1. IO. AD. ACKERMANN, *Kelbra - Thuringus*, buccinatore bellico patre usus, recipitur d. 21. Febr. 1669.

2. ADRIAN ADLER, *Falzburgo - Neomarchicus*, recipitur d. 6. Mart. 1652.

3. IOACH. AENE TIVS, eiusque frater germanus, IACOBVS, *Rochlitzienes*, à Rectore Hempelio sub finem saeculi XVI. recepti fuerunt.

4. MICH. AGATHETVS, *Freiwaldensis* in Marchia natus, recip. d. 18. Apr. ann. 1600.

5. CHRISTIAN AGRICOLA, *Waldecca - Megapolitanus*, ciue patre natus, recip. d. 8. Mart. 1610.

6. CHRISTOPH. AICHLER, *Gunzenhusa - Suevus*, recip. d. 20. Sept. 1592. ex schola Sebaldina Norimbergensium delatus.

7. IO. CASP. ALBERTI, *Mariaebergenſt*, filius quaestoris Schoenauiensis, recip. d. 12. Apr. 1662.

8. MART. ALBERTI, *Gaithaynenſis*, natus patre Not. Publ. Caef. et Iur. Pract. Mariaemont, rec. d. 24. Aug. 1668.

9. IOH.

9. IOH. ALBERTVS, *Schlackewaldensis*, recipitur, d. 10. Mart.
ann. 1592.
10. IO. CAROL. ALBHARD, et frater CHRISTIANVS,
Mega-Schirmenses, patre mancipe praedii Electoralis; recip. d. 25. Sept.
1690.
11. CHRISTOPH. ALBINVS, *Primislavia-Marchicus*, recipi-
tur d. 6. Apr. 1613.
12. HENR. ALBINVS, *Leucopetrensis*, filius M. Andreae Albini,
Rect. Gymnas. Leucopetr. recip. d. 1. Ian. 1675.
13. SIMON ALBINVS, *Aetiopyrga-Marchicus*, recipitur d. 22.
Mai. 1612.
14. IOACH. ALBINVS, *Parchima-Megalopolitanus*, recip. d. 26.
Apr. 1610.
15. MART. ALBINVS, *Frauenstadiensis*, recipitur d. 11. Iun.
ann. 1613.
16. WOLFG. ALBINVS, *Gesella-Variscus*, recipitur d. 4. Augus.
ann. 1592.
17. IO. AD. ALBRECHT, *Dresdenensis*, recipitur d. 12. Ian ann.
1663.
18. IO. CHRISTOPH. ALBRECHT, *Sayda-Misn.* recipitur
d. 20. Mart. ann. 1694.
19. IO. ALBRICHT, *Lommatiensis*, recipitur d. 1. Dec. ann. 1625.
20. DONATVS ALDER, *Lommatiensis*, ab Hempelio Rectore in-
clinato saeculo XVI. inscriptus.
21. PETR. ALEXANDRI, *V'sedom-Pomeranus*, accessit ann. 1606.
et nomen inter discentes professus est d. 7. Mart.
22. MART. ALEXIUS, *Cottbusiensis*, ex Lusatia inferiori, recipitur
d. 18. Mai. ann. 1679.
23. PANCRATIVS ALEMANNVS, *Wertheim-Francus*, patre
natus illius loci pastore ecclesiae, qui etiam hanc scholam olim frequen-
terat, recipitur d. 15. April 1581.
24. CHRISTOPH. ALLVS, *Culmbaco-Francus*, lapidicidae filius,
recipitur d. 22. Jul 1615.
25. IO. ALPHITANDER, *Magdeburgensis*, recipitur d. 9. Mart.
ann. 1621.
- HOI e
26. MICH.

26. MICH. ALPHITANDER, *Bothmariensis*, patre usus verbi
divini praecone, recip. d. 6. Mart. 1618.
27. DAVID ALSCHNER, *Brandeis.* recipitur d. 12. Aug. 1573.
28. DAN. ALTWEIN, filius pastoris ecclesiae *Zehdenüs.* recip. d.
11. Oct. ann. 1675.
29. SIMON AMMIUS, *Annaemontanus*, accessit ex gymnasio Ra-
tisbonensi, testimonio rectoris M. Gryphii instructus, recipitur d. 24. April.
ann. 1592.
30. CHRISTOPH. AMENDE, *Haynichenüs.* patrem nactus pan-
nificem, recip. d. 11. Jun. 1689.
31. CASP. ANCKELMANN, *Hamburgensis*, recipitur d. 16. Oct.
ann. 1606.
32. DAVID ANDREAS, *Weida-Variscus*, patre pannifice natus,
recipitur d. 5. Dec. 1614.
33. GEORG. ANDREAS, *Pyriza-Pomeranus*, recipitur d. 29.
Apr. ann. 1613.
34. PETR. ANDREAS, patre sacerdote usus ecclesiae Graeberen-
sis, recip. d. 3. Apr. 1592.
35. PETR. ANDREAS, *Ostfienüs.* recipitur testimonio Rectoris
patrii, M. Tanckii, commendatus, d. 1. Octobr. 1600.
36. PHIL. ANDREAS, *Sangerhusa-Thuring.* consalis filius, ex
schola Halensi accedens recipitur d. 11. Aug. 1601.
37. GOTTFR. ANDREAE, *Frauenstein.* recipitur d. 27. Mai.
ann. 1658.
38. IO. FABIAN. ANDREAE, *Leutwicens.* Pastoris ecclesiae fili-
us, recipitur d. 3. Jun. 1657.
39. NICOL. ANDREAE, *Thuma-Misnic.* recipitur d. 15. Mart.
1626.
40. THOM. ANGELANDER, *Waldenburg.* patre usus sacerdote
Palaeopolitano, tirocinio in scholis Waldenburgensi et Altenburgensi pos-
to accedit d. 28. Apr. 1601.
41. CHRISTOPH. ANGELVS, *Magdeburg.* ex gymnasio Asra-
niensi accedit d. 18. Jun. 1604.
42. PETR. ANHALT, *Rechenbergensis*, recipitur d. 10. Jun. ann.
1601.

43. ANDR.

43. ANDR. ANLAST, *Trebinienſeſ-Marchicus*, agricolae filius,
recip d. 2. Apr. 1610.
44. IOH. ANSER, *Croppenſtadienſis Saxo*, recipitur d. 12. Apr.
1618.
45. NICOL. APEL, *Burckerſwaldenſi*, recipitur, d. 17. Iul. 1606.
46. FRANCISC. APELLES, *Aefticampianus*, recip. d. 30. Octobr.
1593. cuius pater olim etiam huius scholae alumnus fuit, ecclesiastes apud
Leubicenses in Sileſia mortuus 1592.
47. IAC. APERODIVS, *Zittauenſis*, facrorum procuratoris filius,
recipitur d. 28. Iul. 1615.
48. IO. APICIVS, *Belgeranus*, sub exitum saeculi XVI. inscriptus.
49. MICH. APITIVS, *Cotbuſenſis*, Lusatus, recipitur d. 28. Aug.
1617.
50. CHRISTIAN APPELMANN, *Clediviz - Lusatus*, patre na-
tus ludimoderatore, recip. d. 23. Mai. 1674.
51. DAVID AQVILA, *Luceenſis*, vergente saeculo XVI. in nume-
rum auditorum admissus.
52. CHRISTOPH. ARCHIMAGIRVS, *Naumburgensis*, ex scho-
la Quedlinburgensi cum testimonio rectoris M. Fabri accesit d. 22. Sept.
ann. 1590.
53. IOACH. AREND, *Perleberga-Marchicus*, recipitur d. 9. April.
ann. 1606.
54. PAVL ARENIUS, *Rochlitienſis*, recipitur d. 23. Iun. 1621.
55. BARTHOL. ARRAS, *Wurcenſi*, filius Superintendentis Grim-
menſi. recip. d. 20. Apr. 1610.
56. ANDR. ARMKNECHT, eiusque frater uterinus, IOHANNES,
patre usi M. Iac. Armknecht, Themarienſi, pastore ecclesiae Sabanensis et
Ebersbachensis; recip. d. 13. Iun. 1599.
57. PETR. ARNISÆVS, *Brizena-Marchic.* recip. d. 10. Mai. ann.
1608.
58. BALTH. ARNOLD, *Burckersdorf*, recip. 1591.
59. CASP. et CHRISTOPH. ARNOLD, *Gersdorf*, fratres, reci-
piuntur d. 4. Apr. 1600.
60. IOACH. ARNOLD, *Fridland-Megalopolit.* ex schola Stralſun-
densi accedens cum testimonio rect. Lenitschii, recip. d. 8. Apr. 1591.
61. IO.

61. IO. ERN. ARNOLD, *Stolpenf.* praetoris urbani filius, recip. d.
 25. Sept. 1650.
 62. SAM. ARNOLD, *Zoebeliz-Misn.* recipitur d. 14. Iul. 1688.
 63. IO. ARNOLD, *Haynichenf.* recip. d. 10. Ian. 1675.
 64. ANTONIUS ARNOLDI, *Golderensis-Saxo*, sacerdotis filius,
 recip. d. 25. Febr. 1615.
 65. SAM. ARNOLDI, *Beeliz-Mesō-Marchic.* ludimoderatoris filius
 recip. d. 16. Apr. 1662.
 66. IOH. ASHELM, *Groitschenf.* recipitur d. 5. Apr. ann. 1608.
 67. IOH. ASSELIVS, *Hemipolitanus*, recipitur, d. 27. Apr. 1592.
 68. IO. GEORG. AVENARIVS, filius Pastoris ecclesiae in Do-
 rotheenthal, recip. d. 15. Mart. 1663.
 69. BARTHOL. AVENSTEDT, *Goslariens.* ex schola Halber-
 stad, et disciplina Pauli Dolscii accessit. d. 1. Apr. 1599.
 70. FAB. AVER, *Ravenenf.* recip. d. 13. Mai. 1596.
 71. IAC. AVGVSTVS, *Dippoldiswald.* recip. d. 13. Iun. 1593.
 72. TOB. AVRATVS, *Berolin.* recip. d. 21. Apr. 1608.
 73. HENR. AVSSIVS, *Geyffing.* recip. d. 13. Aug. 1661.
 74. IOACH. AWENIVS, *Dramburg - Neomarchic.* recip. d. 6.
 Mart. 1654.
 75. FABIAN. AY, *Zittau.* recip. d. 25. Mai. 1605.
 76. CHRIST. IAC. AYCKE, *Bubliciensis*, Pomeranus, mercato-
 ris filius, recip. d. 31. Mart. 1671.

Plura alio loco aliquo tempore tradentur. Nunc vero illud
 institutum est indicandum, quod occasionem huic scriptio[n]i submi-
 nistravit. Abitum nempe ex nostra officina meditatur iuuenis pa-
 terno nomine nobis commendatissimus

GEORG. SALOMON. BORMANN,

Freiberg.

qui, si optimi Parentis industriam in nitendo, fidem in agendo, et
 honestatem in viuendo imitabitur, nominis Bormanniani gloria ali-
 quando

quando in hoc reuiuiscat, nouoque decore efflorescet. Prius autem, quam discedat, suum esse existimauit, animum beneficiis deuinctum et pium Patronis, Fautoribus et Praeceptoribus publica oratione declarare. Et quidem ex mercatura, cui adhuc familia Bormanniana felicissime seruit, argumentum petuit valedictorii sermonis, verbis Latinis *conuenientiam studiorum et mercaturae ostensuris.* Quo officii sui partes exsequuto, exercitii caussa hoc argumentum persequetur

CHRISTIAN GOTTFRIED GREIF,
Frauenstein.

itidem sermone Romano *Christianismum cum mercatura collatus.*
Hunc excipiet

CHRISTIAN GOTTLIEB DRECHSEL,
Gelenauensis,

qui oratione theorifica vitam humanam *cum mercatura comparandam* represestabit Porro

CHRISTOPH. GOTTHOLD RICHTER,
Saydensis,

verbis graecis *de mercatura temporis prudenter instituenda* perorabit. Denique valedicente votua adclamatione prosequetur

Gotthelf Christian Koenig, Jüterbog.

commilitones *de verno tempore recte collocando* carmine germanico commonefacturus.

VOS, qui ab litteris non abhorretis, et humanitate vestra saepius testatum fecistis, quo loco studia humanitatis habeatis, VOS, Patroni et Fautores, nouo documento Vestrum erga scholam fauorem declarate, et cras, hora nona ante meridiem audita, ad audiendos tirones eloquentiae propensos animos, explanatas frontes, et aures vacuas adferte; quibus calcaribus et docentes et discentes

mirifice exstimulabuntur. P. P. d. XXVII. Mai.

A. R. S. MDCCLI.

Yb 627
(1180)

ULB Halle
002 103 591

3



TA-DOL

VD 18



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



37

COMMENTATIO I.

QVA

MEMORIAS

CIPVLORVM EXTRANEORVM
IN SCHOLA FREIBERGENSI
VERSATORVM

PRAEMITTIT

ET

AD ORATIONES

ENEVOLE AVSCVLTANDAS

OBSEQVIOSE INVITAT

IO. GOTTL. BIDERMANN. R.

FREIBERGAE, Literis MATTHAEANIS.

XXXVII.